Et post propositionem suam modo praemisso factam de dictoque parti cittatae legitimo de termino contentibusque cittationibus suae verificatis, petyt cittatos ad responsionem stringi et compelli reservatis de iure reservandis

Licet autem socii loco utraeque partes controversias absolvi fecerint, tamen quas intra triduum ut iuris est ad acticandum non porrexerunt, de quorum negligentia sua autem in suscipiendis controversiis diligentia Gnosus Albertus Sierakowsky notarius castren. Lublinen. est protestatus.

Et iudicium praesens capitaneale castren. Lublinen. controversiis partium actoreae personaliter cittatae vero per unum ex se videlt Gnosum Andream Jasowsky coram se factis bene diligenterque exauditis et intellectis, bene obtento processu adinvento cittatis procedere decrevit

Quam sententiam et decretum pro praefata pars cittata proferre non suscepit nec in eodem acquiescere voluit, verum ab eo et cum eodem Magnificum Joannem Firley a Dambrowica capitaneum Lublinen. ad iudicia ordinaria generaliaque tribunalis Regni Lublinen. per similem Gnosum Regni nobilem Joannem Talesky movit seu appellavit terminum ipsi sententiae purgandae sibi vero et parti nocionali et causa prosequendae inter causas pallatus Lublinen. suae praefigendo

Quam motionem praefatus Magnificus Capitaneus Lublinen. parti cittatae admisit terminum partibus modo praemisso inter causas pallatus Lublin. conservando

Inter Konarski et Bedlinski Appellatio

Proposuit iudicialiter coram praesenti capitaneali castren. Lublinen. iudicio Gnosus Stanislaus Konarsky actor cum instigatore officii seu iudicii praesentis contra ibi iam nominatum cittatum iuxta copiam cittationis suae literalis tenoris talis

Joannes